



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Notatio ad Caput Trigesimumsecundum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

dericus Archiepiscopus quondam anachoretis Cisterciensi-
bus cœnobium veteris Campi, loco amœnissimo ædificauit, A
ita ut ab Aquilone Cliuiam, ob occidente Geldriam oppida
spectaret.

Caput Trigesimum secundum.

De Muliere cuius filium paralyssi liberavit.

Paralyti- **M**ULIER quædam filium habens paralyticum, martyri vovit se cum
cus sanatur filio, si cum sanaret, venturam ad eius monumentum, & munera
oblaturam. Votum mox consecuta est salus ægroti: & martyri iucundis
animis persolutum est, quod fuerat promissum.

Notatio ad Caput Trigesimum secundum.

MAnuscript. dicit fœminam hanc fuisse ex villa Herck.
rode, iuxta Hemersberg, nomine Helewigem, filium
appellatum Gerhardum, qui tribus mensibus sic paralyssi de-
cubuerat atfixus lecto, ut vñ pedum amissio protus incede-
re non posset.

Caput Trigesimum tertium.

De Puer quem à caduco morbo sanauit.

ALIA mulier, natione Geldrensis, Coloniæ in parœcia S. Seuerini^D
degebatur vidua cum matre sua & filio adhuc puer, qui miserè ca-
duco morbo affligebatur. Quod cùm mater ferret molestissimè, dixit
quandoque matri suæ: Audio Episcopum ENGELBERTVM multis cla-
rere miraculis: quid si ducamus filium ad sepulchrum eius: Respondit
Temeritas illa: Cras eum ducemus ad aram sancti Cornelij, quæ est in Ecclesia S.
fœminæ Seuerini. Is enim solet huic mederi mórbō. Manè igitur veniunt ad al-
castigatur, tare, offerunt munera, & orant pro puer intentissimè. Ea die visus est
Miraculū. planè liberatus à morbo puer. Itaque auia eius, tanquam improporans
marty-